



# **Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae**

Cvm Variis Indicibus

De Deo Effectore Creaturarvm Omnium. In tres præcipuos Tractatus  
distributa. Quorum primus De Angelis

**Suárez, Francisco**

**Mogvntiæ, 1621**

XI. Occurritur obiectioni, & declaratur, quomodo Angelus in pura natura  
potuerit esse beatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84413)

CAPVT XI.

Obiectioni contra superiorem doctrinam occurritur, & quomodo Angelus in pura natura potuerit esse beatus, declaratur.

EX dictis in superioribus capitibus nascitur difficultas, quia ex illis sequitur, Angelos neque in primo instanti creationis suae fuisse beatos, nec in pura natura esse potuisse, quod perfectioni angelice naturae valde repugnare videtur. Sequela probatur. Nam dictum est Angelum non necessario amare super omnia Deum, ut ultimum finem suam naturalem, sine hoc autem amore non potest esse beatus Angelus, nec creatura aliqua intellectualis, quia non potest quiescere in illo tanquam in ultimo fine, nec ad illum se suaeque omnia referre, nisi illum super omnia amet: nec etiam potest sine amore esse delectatio in re possessa, & consequenter neque beatitudo, ergo Angelus non est semper, ac naturaliter beatus. Vnde ulterius inferitur nunquam esse possibile naturaliter beatum, quia dictum etiam est, non solum posse Angelum ab illo amore cessare, sed etiam posse ex vi suae naturae aliquid contra illum amorem admittere, prauiter peccando, & consequenter aliquid supra illum diligendo. Ergo si id committat, non erit beatus, sed summe miser, & licet non peccet, nihilominus semper versabitur in periculo id faciendi, & amittendi illum amorem, ergo eo etiam ipso non erit beatus, quia ubi non est certitudo perseverantiae in statu, non est beatitudo. Nam beatitudo dici non potest, quae amissibilis est. Et augetur haec difficultas, ex eo quod dictum est, Angelum ex natura sua esse mutabilem in electione, vel dilectione semel habita cum quacumque deliberatione. Nam hinc sequitur, angelum in pura natura spectatum, etiam si post se Deum amet, & naturaliter fruatur, nunquam esse securum, quod in eo statu permanebit, quia potest voluntatem suam retractare. Ergo nunquam esse poterit beatus, quia sine securitate, & inamissibilitate boni possessi beatitudo esse non potest. Tandem difficultatem auget, quod si angelus semel Deum offendat, non potest naturaliter resurgere, nec ei reconciliari: & consequenter necessario erit semper miser. At vero cum semper sit mutabilis, vix fieri posset, ut diutius viuendo non interdum caderet, ergo moraliter loquendo, non solum non esset beatus, sed potius semper ad miseriam statum perueniret, & in eo perpetuo maneret.

In hoc puncto duo extrema vitanda esse censeo. Vnum est eorum, qui dicunt Angelum necessario esse beatum beatitudine naturali: quia necessario Deum actu contemplantur, & amat, ut auctorem, & finem naturae, nec ab illo auerit, aut rectitudinem naturalem voluntatis amittere potest. Vnde dupliciter Angelum considerant. Primo, ut creatum in pura natura sine ordine ad supernaturalem finem secundo, ut creatum, & ordinatum ad supernaturalem felicitatem. Priori modo conditum dicunt, non solum posse, sed etiam esse necessario naturaliter felicem, quia necessitate naturali contemplantur Deum, quantum naturaliter potest, & diligit Deum naturali benevolentiae amore, eum ut aliquo modo amicum super omnia diligendo, à quo deficere non potest, quia contra solam naturalem rectitudinem peccare non potest. At vero de Angelo posteriori modo creato cum ordine ad supernaturalem felicitatem, dicunt, etiam necessario creati in beatitudine naturali, quia (ut supponunt) creatur sine peccato, & consequenter cum tota perfectione sufficienti ad naturalem beatitudinem, & sine imperfectione illi repugnante, & cum debito ordine ad supernaturalem felicitatem.

Propositio obiectioni contra superiorem doctrinam.

Sententia de censu angelis necessario esse beatum quoad substantiam beatitudinis naturalem.

3.

Z 3

licet

alias rationes mali in tali obiecto, vel in tali modo diligendi illud, inuentas, quam dispositionem potest habere angelus, non obstantem priori bona intentione, quia iam ab illa cessauit, ut supponimus. Et eadem ratione licet malus amor praecesserit, poterit postea deponi ex maiori consideratione intellectus, & consequenter poterit talis amor displicere, & contrarius honestus exerceri intra naturae ordinem, ut loquimur. Quia prior affectio praua non adhuc immobiliter de se, ut probatum est, & ita non potest impedire mutationem, vel in consideratione intellectus, vel in contrario affectu, qui ex tali consideratione libere sequi potest. Vnde cum in illa ratione sumitur, dispositionem ad talem amorem esse immutabilem in Angelo, negatur assumptum, quia nulla dispositio praecedat, nisi apprehensio intellectus, quae secundum actum mutabilis est, ut omittat, fortasse libertatem voluntatis sufficere ad illam mutationem affectus, etiam si positicia mutatio in intellectu non fiat: dummodo in illo non sit iudicium intellectus quod necessitatem voluntati imponere valeat, quod iudicium in angelo viatore, & praesertim in pura natura, vel inueniri non potest, vel saltem necessarium non est ad dilectionem virtutalem, vel actualem ultimi finis, siue bonam, siue malam. Adde denique non esse necessarium, ut quidam angelus libere amat, velit per modum ultimi finis, ut cap. praec. tetigi, & in obiectis, quae sic amat, & ad eius quos sic elegit, non procedit ille discursus, vel in eis potest fieri per modum huius esse mutatio.

Non opus est, ut quidam quid Angelus libere amat, velit per modum ultimi finis.

Ad tertiam rationem in n. 4.

Ad quartam rationem in ibid.

Quo pacto Angelus sit capax, & incapax penitentiae.

Tertia ratio Henrici iam est reiecta: quia non est necesse, ut voluntas liberior maiori affectu feratur, quin potius quo liberior est, eo magis poterit affectum moderari, aut incendere, neque si summo conatu feratur, in eo semper cogitur permanere, sed pro eadem libertate poterit ab illo cessare, & alia considerare, per quae ab illo amore dimoueat, & ad alium feratur. Ad quartam rationem de incapacitate penitentiae, respondeo duplicem esse penitentiam, & duplicem eius incapacitatem. Vna est penitentia intere naturalis, qua displicet prius factum, propter rationes naturales, vel proprii commodi, vel honoris, vel utilitatis, vel alieuius honestatis naturalis, & hoc modo concedo Angelum esse capacem penitentiae, ut ostensum est. Et respectu prioris boni, nisi per gratiam, vel gloriam confirmetur in bono, semper est de se huius penitentiae capax, ut lib. 5. ostendimus. At vero alia est propria penitentia de malis commissis, & fructifera apud Deum, quae est supernaturalis, & infusa. Et respectu huius potest in Angeli persona duplex capacitas considerari. Vna remota, quae est obediens potentia ex parte Angeli, qua potest à Deo talem recipere penitentiam sine repugnantiâ absoluta ex parte suae naturae, & hanc etiam capacitatem ex parte Angeli confitemur, nemini enim dubium est, quin potuisset Deus dare fructiferam penitentiam Angelis peccantibus, si voluisset, ut infra lib. 7. dicemus. Alia vero est capacitas, quae praeter potentiam obediens, requirit ex parte Dei voluntatem, vel legem offerendi auxilium sufficiens ad talem penitentiam, & ex parte creaturae conditionem, vel proprietatem de se non repugnantem huic legi Dei. Et hoc modo dicimus Angelos esse incapaces penitentiae, quod in dicto lib. 7. late videbimus. Et in hoc sensu locutus est Damasc. & loquuntur alii Patres. Et fortasse D. Thomas ita tribuit angelis naturalem inflexibilitatem, non ut dicat impossibilitatem absolutam in electione semel facta, sed ut dicat quandam moralem difficultatem, seu proprietatem naturalem de se incongruam ad penitentiae statum, ut in dicto libro latius explicabimus.

Suarez de Angelis.

licitatem. Si vero sic creatus peccet contra supernaturalem finem, & ab illo omnino deficiat, dicunt nihilominus semper retinere quiddam perfectionis est in naturali beatitudine secundum se spectata, quia naturalia manent integra post peccatum, non tamen relinquunt debita coniunctione, vel subordinatione ad supernaturalem beatitudinem, & ideo in tali statu nomen beatitudinis mereri. Ita sentiunt plures moderni Thomistæ: p. q. 56. art. 3. & q. 60. art. 5. & q. 62. art. 1.

3. Prædicta sententia ostendit falsam, si in rebus, quæ supponit.

Hæc tamen sententia supponit multa, quæ à nobis in superioribus refutata sunt, & ideo sententia ipsa placere non potest. Vnum est contemplationem Dei, quæ ad naturalem beatitudinem in suo ordine sufficit, esse in Angelo ex natura rei necessariam quoad exercitium. Aliud est, amorem naturalem Dei propter seipsum, & super omnia esse eodem modo necessarium. Tertium est Angelum in pura natura non esse peccabilem. Nam ex his tribus consurgit beatitudo naturalis, vel certe (formaliter loquendo) ex duobus primis, quia posito amore illo necessario, tertium de restitutum in cæteris actibus naturalibus necessario sequitur. Amor autem ille ad beatitudinem naturalem necessarius est, quia sine restitutum voluntatis circa finem vltimum beatitudo esse non potest. Imo in ordine naturali amor completet beatitudinem, tum quia cognitio sola naturalis Dei per se non sufficeret ad continentiam semper voluntatem in officio, restitutum in omnibus illi præbendo, nisi amore conformaretur: tum quia amor naturalis Dei, vel est perfectior cognitio, etiam in genere entis, vel saltem ad omnem moralem perfectionem magis, & efficacius operantur. At vero licet hæc consequenter dicantur, illa tamen, quæ supponuntur, falsa sunt, vt in superioribus probauit.

4. Tum in aliis qua consequenter admittit.

Valde etiam falsum mihi videtur, quod consequenter conceditur, in dæmonibus manere beatitudinem naturalem, quoad omnem positiuam perfectionem eius. Nec quoad hoc applicatur bene principium illud, quod naturalia manserunt integra post peccatum. Nam illud intelligitur quoad essentiam, & potentias, non quoad omnes actus naturales, id est, ordinis naturæ, nec quoad naturalem restitutum, quæ ab illis pendet. Ecce ita voluntas angeli post peccatum a deo misera est, vt Deum ipsum odio habeat. Quomodo ergo possunt dæmones odio habentes Deum ipsum amore benevolentia diligere super omnia? Deinde repugnantiam inuoluit illa sententia, quia angelus creatus ad finem supernaturalem non potest ab illo deficere, quin etiam naturalem restitutum necessario amittat, etiam quoad substantialem eius perfectionem. Et hinc vltimus ab effectu colligitur, illum actum amoris non esse ex natura rei simpliciter necessarium, quia si amor naturalis necessarius esset, ille resisteret, ne voluntas aliquid sibi repugnans admitteret, & cum omne peccatum etiam sit contra supernaturalem finem, in se sit quid naturale, & repugnans etiam fini naturali, ex hac parte illi resisteret. Non est ergo in illis actibus, & consequenter, neque in beatitudine naturali Angeli tanta necessitas.

5. Altera sententia extrema Angelum per naturam esse incapacem alicuius beatitudinis naturalis. Ita sentit Vasquez l. p. disp. 226. cap. 2. præsertim num. 6. & 7. & præcipue fundatur, vel in hoc quod Angelus non potest diligere Deum super omnia dilectione naturali, & amicitia, seu benevolentia, per donum creationis sine speciali dono gratia, vel in hoc, quod talis amor, quocumque modo habeatur, amissibilis est beatitudinis naturalis, & sine inamissibilitate non potest esse vera beatitudo. Sed primum fundamentum falsum sumit: nam angelus in pura natura conditus, & nunc etiam in statu, in quo creatus est, potuit Deum, vt suæ naturæ auctorem propter ipsum, & propter

summam bonitatem suam super omnia diligere, vt diximus cum D. Thoma in dicta quæst. 60. art. 5. & laetius in materia de Gratia lib. 1. ostendimus. Vnde ex hac parte non repugnabat, Angelum in pura natura conditum esse per operationem eiusdem naturæ beatitudinem naturalem, non fore omni ex parte completam, & summam, nihilominus tamen, non probat non posse esse veram, & essentialem beatitudinem in ordine suo.

Dico ergo primo, angelus in pura natura creatus potuit etiam in naturali beatitudine creari. Probatur, quia creari potuit cum perfecta cognitione Dei naturali, iuxta cuiusque Angeli capacitatem, & cum actuali amore benevolentia Dei super omnia, & sine villo peccato, & cum morali potestate, imo & facultate, inquam peccandi, ac denique cum magna simplicitate iucunditate. Sed hæc sufficient ad naturalem beatitudinem, ergo. Maior facis patet ex dictis, quia Angelus naturaliter est capax illarum perfectionum, etiam & cum in instanti fiat, potuerunt inchoare, vt natura, & quia non excedunt naturales vires, imo inchoate se sunt connexæ, & vna ex alia sequitur, poterunt etiam esse simul, ergo potuit Angelus cum illis omnibus creari. Imo licet Deus non cogereur creare Angelum cum tota illa perfectione, vt dictum est, nihilominus id facere esset magis consentaneum eius magnificentia, & sapientia, ac bonitati, vt effectus iuxta naturalem capacitatem suam perfectissimus ab ipso prodiret. Circa minorem autem propositionem, quod hæc perfectio ad veram naturalem beatitudinem sufficeret, potest de modo loquendi moueri quæstio. Veruntamen, cum non sit in rebus omnibus æqualis perfectio ad beatitudinem exigenda, non est cur dubitemus illam vocare beatitudinem naturalem, nam per hoc additum facis significatur, non esse summam, sed qualem natura creata iuxta sua merita postulare potest. Et declaratur, quia in eo statu natura angelica esset coniuncta suo vltimo fini, eo modo quo potest, & debet, solum quod illi deest intrinseca perpetuitas, vel potius perpetuitatis certitudo, & impotentia cadendi ab illo statu (quæ inamissibilitas dicitur) hæc autem conditio, licet in summa, & excellenti beatitudine requiratur, nihilominus sine illa, & cum potestate absoluta nunquam amittendi talem statum poterit esse substantialis beatitudo ordinis naturalis, licet illa proprietate careat, & omnino perfecta non sit.

Ac denique confirmatur, quia iuxta communem sensum, & modum grauium auctorum de naturali beatitudine loquentium, ad eius rationem essentialem, & absolutam sufficit illa perfecta coniunctio cum vltimo fine, cuius natura capax est. Et ita Aristoteles lib. 10. Eth. c. 7. & 8. aliquam beatitudinem hominis in contemplatione substantiarum separatarum posuit, & Boëtius dixit, beatitudinem esse statum omnium bonorum aggregatione perfectum. Quod in vnoquoque rerum ordine secundum illius capacitatem intelligendum est. Atque hæc ratio de facto consentanea sententiæ angelorum, vel super-naturali viæ, vel naturali simpliciter, licet à principio illam inamissibilem non acceperint. Ergo à fortiori idem dicendum est in puris naturalibus. Illo autem modo loquuntur D. Thomas, & sectatores eius l. p. q. 62. art. 1. & Scot. 2. dist. 3. quæst. 9. in responsione ad quæstionem, & probationibus eius, & dist. 4. quæst. 1. articulo primo, cum solutione, & Durandus lib. 1. Malonius ibidem dist. 1. conclusione 1. Et eodem modo loquitur August. multis in locis, lib. 11. Genes. ad litteram, cap. 26. & 11. de ciuit. cap. 11. vbi ait, Angelos ita esse creatos, vt statim sapienter, beateque viverent, licet non statim excellentiam sapientia, beateque viæ acceperint, quam paulo inferius vocat plenitudinem beatitudinis, sententiari posse aliquem beatitudinis modum extra vltionem beatam. Et idem habet Fulgentius de fide ad